Pontificia Università della Santa Croce

Facoltà di Teologia. Istituto di Liturgia

0L44 – **TEOLOGIA LITURGICO-SACRAMENTARIA:**
PENITENZA E UNZIONE DEGLI INFERMI

La celebrazione della penitenza canonica secondo il Sacramentario Gelasiano *Vetus*[1] (secoli VI-VIII)

A. Cap. XV e XVI (nn. 78-83). Rito di ammissione allo stato penitenziale

1.) Dove e quando si svolge il rito?
2.) Che cosa fa il penitente?
3.) Che cosa fa l'assemblea?
4.) Che cosa fa il ministro ordinato?

B. Cap. XXXVIII (nn. 349-363). Rito di riconciliazione

1.) Dove e quando si svolge il rito?
2.) Che cosa fanno i penitenti?
3.) Che cosa fa l'assemblea?
4.) Che ministri intervengono nel rito? Che cosa fanno?
5.) Che verbi si usano nelle formule di assoluzione (nn. 360-363)? In quali tempi verbali?

---

[1] Cfr. *Liber Sacramentorum Romanæ Æclesiæ ordinis anni circuli* (Cod. Vat. Reg. lat. 316/Paris Bibl. Nat. 7193, 41/56), *Sacramentarium Gelasianum* [*Vetus*], edd. L.C. MOHLBERG – L. EIZENHÖFER – P. SIFFRIN, Herder, Roma 1981, nn. 78-83 e 349-363 (pp. 17-18 e 55-58).

SECRETA. Intende, quaesumus, domine, hostias familiae tuae; 75
quam sacris muneribus facis esse participes, tribuas ad eam pleni-
tudinem peruenire: per.

POST COMMUNIONEM. Sit nobis, quaesumus, domine, / [*f. 14v*] 76
cibus sacer potusque salutaris, qui et temporalem uitam muniat et
praestet aeternam: ⟨per.⟩

AD POPULUM. Rege, quaesumus, domine, populum tuum et 77
gratiae tuae in eo dona multiplica, ut ab omnibus liber offensis
et temporalibus non distituatur auxiliis et sempiternis gaudeat
institutis: per.

XV

ORATIONES ET PRAECES SUPER PAENITENTES

Exaudi, domine, preces nostras et confitentium tibi parce 78
peccatis, ut quos conscientiae reatus accusat, indulgentiae tuae
miseratio absoluat: per.

Praeueniat hunc famulum tuum, quaesumus, domine, miseri- 79
cordia tua, et omnes iniquitates eius caeleri indulgentia deleantur:
per dominum nostrum.

Adesto, domine, supplicacionibus nostris, nec sit ab hoc famulo 80
tuo clementiae tuae longinqua miseratio; sana uulnera eiusquae
remitte peccata, ut nullis a te iniquitatibus separatus / tibi [*f. 15r*]
semper domino ualeat adherere: per.

Domine deus noster, qui offensionem nostram non uinceris, 81
sed satisfactionem placaris, respice, quaesumus, ad hunc famulum
tuum, qui se tibi peccasse grauiter confitetur. Tuum est ablutionem
criminum dare et ueniam prestare peccantibus, qui dixisti paeni-
tentiam te malle peccatorum quam mortem. Concede ergo, domine,
hoc, ut et tibi paenitentiam excopias caelebret ut correctis actibus
suis conferre tibi ad te sempiterni gaudia caelebretur: per.

Praecor, domine, clementiam tuae maiestatis ac nominis, ut 82
huic famulo tuo peccata et facinora sua confitenti ueniam dare et

2 participe(s *auf Rasur von* m) e(a *auf Rasur*)m 9 gaud(e *aus* i)at 15 miseratio(nis *ausradiert*) 21 null(is *auf Rasur*) sepa(ratus *auf Rasur*) 27 *Ez 33,11* 28 paenitentiam excopias] paenitentiae excubias 29 tibi ad te] sibi a te caelebretur] gratuletur 30 cl(e *aus* i)mentiam 31 dare *auf Rasur eines längeren Wortes*

praeteritorum criminum ⟨debita⟩ relaxare digneris. Qui humeris tuis ouem perditam reduxisti ad caulas, qui publicani precibus uel confessione placatus es, tu etiam, domine, et huic famulo tuo placare, tu eum praecibus benignus adsiste, / ut in confessione fleuili [*f. 15v*] permanens clementiam tuam caeleriter exoret et sanctis ac sacris altaribus restitutus spei rursus aeternae et caelestis gloriae reformetur: per.

XVI

Ordo agentibus publicam paenitentiam

83 *Suscipis eum IIII feria mane in capite quadragesimae et cooperis eum cilicio, oras pro eo et inclaudis usque ad Caenam domini. Qui eodem die in gremio praesentatur aecclesiae, et prostrato eo omni corpore, in terram, dat orationem pontifex super eum ad reconciliandum in quinta feria Caenae domini, sicut ibi continetur.*

XVII

Orationes et praeces a quinquagesima usque quadragensima

84 Aufer[s] a nobis, domine, quaesumus, iniquitates nostras, ut ad sancta sanctorum puris mereamur sensibus introire: per.

85 Perfice, domine, benignus in nobis obseruantiae sanctae subsidium, ut quae te auctore facienda cognouimus, / te [*f. 16r*] operante impleamus: per.

86 SECRETA. Sacrificium, domine, obseruantiae paschalis exerimus: praesta, quaesumus, ut tibi et mentes nostras reddat acceptas et continentiae prum⌜p⌝tiores: per.

87 POST COMMUNIONEM. Repleti sumus, domine, donorum participationem caelestium; praesta, quaesumus, ut eadem et sumamus iugiter et incessabiliter ambiamus: per.

88 AD POPULUM. De multitudine misericordiae tuae, domine, populum tibi protege confitentem, et corporaliter gubernatum pie

1 relaxar(e *aus* i) 4 eum] eius 5 c(*ae auf Rasur*)leriter 10 (eum *bis* ma *auf Rasur*)ne c(ooper *auf Rasur?*)is 12 (g *aus* i)remio 13 eum *bis* continetur *auf Rasur* 14 fe(ria *auf Rasur*) 25 pr(u *aus* o)mptiores 26 participa(t *auf Rasur*)ionem 27 (ut ea *auf Rasur*)dem

AD POPULUM. Da, quaesumus, domine, fidelibus tuis et sine 343
cessatione capere paschalia sacramenta et desideranter expectare
uentura, ut mysteriis quibus renati sunt permanentes ad nouam
uitam his operibus perducamur: per.

/ Feria IIII ebdomada VI [*f.* 52*v*]

Omnipotens sempiterne deus, qui Christi tui beata passione nos 344
reparas, conserua in nobis opera misericordiae tuae, ut in huius
caelebritate mysterii perpetua deuotione uiuamus: per.

Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors deus, ut sicut in 345
condempnatione filii tui salus omnium fuit piaculus perfidorum, ita
et per misericordiam tuam communis sit cultus iste credentium: per.

SECRETA. Suscipe, quaesumus, domine, munus oblatum et dig- 346
nanter operare, ut quod passionis mysterio gerimus, piis affectibus
consequamur: per.

POST COMMUNIONEM. Caelestis doni benedictione praecepta 347
supplices te, domine, depraecamur, ut hoc idem nobis semper et
sacramenti causa sit et salutis: per.

AD POPULUM. Auxiliare, domine, populo tuo, ut sacris et deuo- 348
tionem proficiens incrementis, et tuo semper munere gubernetur
et ad redemptionis aeternae pertingat te docere consortium: per.

XXXVIII

Orationes in quinta feria

Eodem die non psallitur nec salutat, / id est non dicit [*f.* 53*r*] 349
Dominus uobiscum, *et* RECONCILIATIO PAENITENTIS

Omnipotens sempiterne deus, da, quaesumus, uniuersis famulis tuis plenius adque perfectius omnia festi paschalis introire mysteria, ut incunctanter pia corda cognoscant, quantum debeant de confirmata in Christo renascentium glorificatione gaudere: per.

Concede credentibus, misericors deus, saluum nobis de Christi 350
passione remedium, et humanae fragilitatis praeteritae culpae la-
queos aeternae suffragio plebs absoluat: per dominum nostrum.

2 ca(p *ausradiert*)pere 11 et per *auf Rasur* 15 Caelesti(s *später add?*); praecepta] percepta 18 sacris et deuotionem] sacrae deuotionis? 20 docere] docente 31 plebs *über den Rand geschrieben*] plebis?

351 Omnipotens sempiterne deus, qui uitam humani generis pro nobis filio tuo moriente saluasti, praesta, quaesumus, ut in hac populi tui deuocione fructus praeueniat gaudiorum: per dominum.

Ordo agentibus publicam paenitenciam

352 *Egreditur paenitens de loco ubi paenitentiam gessit, et in gremio praesentatur aeclesiae prostrato omni corpore in terra. Et postolat in his uerbis diaconus*:

353 / Adest, o uenerabilis pontifex, tempus acceptum, dies [*f. 53v*]
propitiationis diuine et salutis humane, qua mors interitum et uita
accepit aeterna principium, quando in vinia domini sabaoth sic
nouorum plantatio facienda est, ut purgetur et curatio uetustatis.
Quamuis enim a diuitiis bonitatis et pietatis Dei nihil temporis
uacet, nunc tamen et largi⌈t⌉or est per indulgentiam remissio pec-
catorum et cupiosior per gratiam adsumptio renascentum. Augemur
regenerandis, crescimus reuersis. Lauant aquae, lauant lacrimae.
Inde gaudium de adsumptione uocatorum, hinc laeticiae de absolu-
tione paenitencium. Inde est quod supplex tuus, postea quam in
uarias formas criminum neclecto mandatorum caelestium et morum
inprobabilium transgressione caecidit, humiliatus atque prostratus
prophetica ad deum uoce clamat dicens: Peccaui, impie egi, iniqui-
tatem feci, miserere mei domine, euangelicam / uocem [*f. 54r*]
non frustratoria aure capiens: Beati qui lugent, quoniam ipsi con-
solabuntur. Mand⟨uc⟩auit, sicut scriptum est, panem doloris, la-
crimis stratum rigauit, cor suum luctu, corpus adflixit ieiuniis, ut
animae suae reciperet quam perdiderat sanitatem. Unicum itaque est
paenitentiae suffragium, quod et singulis prodest et omnibus in
354 commune succurrit. Hic ergo, dum ad paenitudinis actionem tantis
excitatur exemplis, sub conspectu ingemiscentis aeclesiae, uenera-
bilis pontifex, protestatur et dicit: Iniquitates meas ego agnosco
et delictum meum contra me est semper. Auerte faciem tuam a pec-
catis meis, domine, et omnes iniquitates meas dele. Redde mihi
laeticiam salutaris tui et spiritu principale confirma me. Quo ita
supplicanti et misericordiam dei adflicto corde poscenti, redintegra
in eo apostolicae pontifex, quicquid diabulo scindente corruptum est,
et orationum tuarum patrocinantibus / meritis per diuinae [*f. 54v*]
reconciliationis gratiam fac hominem proximum deo, ut qui antea in

3 praeueniat] proueniat 20 tra(ns *auf Rasur*)gressione 21 *Dan 9,5 Ps 40,11*
22 euangel(icam *auf Rasur*) 23 *Mt 5,4* 24 *Ps 126,2 Ps 6,7 Esth 14,2* 30 *Ps 50,5.11.14*
33 laeti(c *auf Rasur*)iam

suis peruersitatibus displicebat, nunc iam placere se domino in regione uiuorum cum deuicto mortis suae auctore gratuletur: per dominum.

Post hoc admonitur ab episcopo siue alio sacerdote, ut quod paeni- 355
tendo diluit, iterando non reuocet. Inde uero has dicit orationes sacerdos super eum:

Adesto, domine, supplicationibus nostris, et me qui etiam miseri- 356
cordiam tuam primus indigeo, clementer exaudi ut quem non electio meriti sed dono gratiae tuae constituisti operis huius ministrum; da fiduciam tui muneris exequendi et ipse in nostro ministerio quod tuae pietatis est operare: per.

Praesta, quaesumus, domine, huic famulo tuo dignum paeni- 357
tentiae fructum, ut ecclesiae tuae sanctae, a cuius integritate deuiarat peccando, admissorum ueniam consequendo reddatur innoxius: per dominum.

/ Deus humani generis benignissime conditor et mi- [*f. 55r*] 358
sericordissime formator, qui hominem inuidia diabuli ab aeternitate deiectum unici tui ⟨filii⟩ sanguine redemisti: uiuifica itaque quem tibi nullatenus mori desideras, et qui non derelinquis deuium, adsume corruptum. Moueat pietatem tuam, quaesumus, domine, huius famuli tui lacrimosa suspiria. Tu eius medere uulneribus. Tu iacenti manum porrige salutarem, ne aeclesia tua aliqua sui corporis porcione uastetur nec grex tuus detrimentum susteneat, ne de familiae tuae damno inimicus exultet, ne renatum lauacro salutari mors
secunda possedeat. Tibi ergo, domine, supplices praeces, tibi fletum 359
cordis effundimus. Tu parce confitenti ut imminentibus paene sentenciae quae futuri iudicii te miserante non incedat. Nesciat quod territ in tenebris, quod stridit in flammis, atque ab erroris uia ad iter reuersus iusticiae nequaquam ultra nouis uulneribus saucietur, sed integrum sit ei / atque perpetuum et quod gratia tua [*f. 55v*] contulit et quod misericordia reformauit: per.

Item ad reconciliandum paenitentem

Omnipotens sempiterne deus, confitenti tibi huic famulo tuo 360
pro tua pietate peccata relaxa, ut non plus ei noceat conscientiae reatus ad paenam quam indulgentia tuae pietatis ad ueniam: per dominum.

10 exeque(n *auf Rasur*)di 14 redda(n *ausradiert*)tur 20 corruptum] correctum
26 paene...incedat] poenis...incidat 27 nesci(a *auf Rasur*)t 29 no(u *auf Rasur von* b)is

361 Omnipotens et misericors deus, qui peccatorum indulgenciam ad confessione caeleri posuisti, succurre lapsis, miserere confessis, ut quos delictorum catena constringit, magnitudo tuae pietatis absoluat: per.

362 Deus, qui confitentium tibi corda purificas et accusantes suas conscientias ab omni uinculo iniquitatis absoluis, da indulgentiam reis et medicina tribue vulneratis, ut per accepta remissione omnium peccatorum senceram deinceps deuotione permaneant et nullum redempcionis aeternae susteneant detrimentum: per.

363 / Domine, sanctae pater, omnipotens aeterne deus, [*f. 56r*] respice super hunc famulum tuum qui ab infesta saeculi tempestate demersus fleuili lamentacione suos accusat excessus, ut fletus ac gemitus eius piae suscipias eumque de tenebris ad lumen reuoces, et medellam confitenti, salutem paenitenti, et uulnerato auxilium sanitatis indulgeas. Nec ultra inimicus in eius habeat animam potestatem, cuiusque confessionem libenter ammittens aeclesiae tuae purificatum restituae ac tuo altario repraesenta, ut ad sacramentum reconciliationis ammissum una nobiscum sancto nomini tuo gratias agere mereatur: per.

⟨XXXVIIII⟩

Reconciliatio paenitentis ad mortem

364 Deus misericors, deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata paenitencium deles et praeteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas, respice super hunc famulum tuum et remissionem sibi omnium peccatorum tota cordis confessione poscentem depraecatus / exaudi. Renoua in eo, [*f. 56v*] piissime pater, quicquid terrena fragilitate corruptum est, uel quicquid diabolica fraude uiolatum est; in unitatem corporis aecclesie tuae membrum perfecta remissione restitue. Miserere, domine, gemituum, miserere lacrimarum, et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia ad sacramentum reconciliacionis admitte: per.

365 Maiestatem tuam, domine, supplices depraecamur, ut huic famulo tuo longo squalore paenitenciae macerato miserationes tuae ueniam largire digneris ut nuptiale ueste recepta ad regalem mensam, unde eiectus fuerat, mereatur intrare: per.

2 ad] in? 3 cat(e *auf Rasur*)na 5 accus(a *auf Rasur*)ntes 12 (ex *auf Rasur*)cessus 29 (ni *auf Rasur*)si 31 (domine suppl *auf Resur*)ices 33 regal(e *Strich darüber ausradiert*)m